UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# Ioannis|| Climaci Ab-||batis Montis|| Synai,|| Scala Paradisi

**Johannes <Climacus>**

**Coloniae, 1583**

**VD16 J 520**

Prudens responsio Abbatis Olympij. Cap. CXLI.

**Nutzungsbedingungen**

urn:nbn:de:hbz:466:1-55433

Visual Library

Habebat autem & compassionem maximam ad eos, qui peccabant. Quarum omnium rerũ nos sępè experimenta cœpimus.

1 *Virtutes quæ sanctum patrem reddebant commendabilem.*

*Prudens responsio Abbatis Olympij.*

## CAP. CXLI.

FRater quidam venit ad Abbatem Olympium in monasterium Abbatis Gerasimi prope Iordanem, & dixit ei: Abba, quomodo sedes in spelunca ista propter æstus magnitudinem, & cyniphes? Respondit ei senex: Fili, ista idcirco tolero, vt futuris cruciatibus liberer. Ideo cyniphes patior, vt immortalem effugiam vermem; similiter & æstum hunc perfero, sempiterni ignis supplicia metuens. Hęc enim sunt temporalia sunt illa verò finem nullum habent.

*Alia Prudens Responsio Abbatis Alexandri.*

## CAPVT. CXLII.

FRater alius perrexit ad Abbatem Alexandrũ ipsius monasterij Abbatis Gerasimi ducem, & ait illi: Abba, volo ex eo loco, vbi habito, discedere. Valde enim acedia, & tædio animi laboro: Respondit ei Abbas Alexander: Istud fili, signum est, quia nec regnũ cœlorũ, nec æternum cruciatũ in mente habes. Nam si ista solicita intentione cogitares, nullam in cella tua acediam sentires.

*Vita Dauid Latronum principis, postea monachi effecti.*

## CAPVT CXLIII.

CVm venissemus in Thebaidem, conuenimus Sophistam Phibamonem in vrbe Antinoo.